UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Albertus Eps S. Leopoldus Dux S. Lucia ord. Præd. 15. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Albertus. Eps S. Leopoldus Dux
S. Lucia ord. Præd. 15. Nov.

Fuga Otii.

Nihil boni facere, hoc ipſum eſt facere malum Chryſoſt.

Da quæſumus Omnipotens Deus, vt B. Alberti Ep (B. Leopoldi. B. Luciæ) veneranda ſolemnitas gratiarum & vitutum ſuarum in nobis excitet ſequelam per D.N. *Ieſum* &c.

1. S. Albertus Ratiſbonenſis Eccleſiæ Eps, ex ordine D Dominici aſſumptus, quam Ordinem tam Eccleſiam univerſam apprime, eruditione & ſanctitate illuſtravit. Inter eius opera eximium eſt, D. Thomam Doctorem Angelicum inſtituiſſe tam vitæ quam doctrinæ præceptis; & Coloniæ detexiſſe plurima SS. ex ſodalitio B. Vrſulæ corpora, eaque elevaſſe. Obiit ibid. A. 1290.

2. S. Leopoldus Dux Auſtriæ non ſolum ſe ipſum, ſed & conjugem ſuam Agnetem, imo fortunas omnes voluit eſſe pietatis domicilium cuncta religioni deſtinando. Manent etiamnum monaſteria ex eius facultatibus fundata.

3. S. Lucia ſub S. Dominici regula in Italia fulſit. Ferraria virtutum & gratiarum eius ſplendorem proxime excipiens in viciniam reliquam diffudit.